

Kennzahl: _____

Herbst**62410**

Kennwort: _____

1994

Arbeitsplatz-Nr.: _____

Erste Staatsprüfung für ein Lehramt an öffentlichen Schulen**- Prüfungsaufgaben -****Fach:** Latein (vertieft studiert)**Einzelprüfung:** Übersetzung Latein/Deutsch**Anzahl der gestellten Themen (Aufgaben):** 1**Anzahl der Druckseiten dieser Vorlage:** 2**Vorbemerkung:**

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

Iam pius Aeneas regno nataque Latini
auctus erat, pōpulos miscueratque duos.
litore dotali solo comitatus Achate
secretum nudo dum pede carpit iter,
5 aspicit errantem, nec credere sustinet Annam
esse: quid in Latios illa veniret agros?
dum secum Aeneas, 'Anna est!' exclamat Achates:
ad nomen voltus sustulit illa suos.
heu, quid agat? fugiat? quos terrae quaerāt hiatus?

Fortsetzung nächste Seite!

- 10 ante oculos miserae fata sororis erant.
sensit, et adloquitur trepidam Cythereius heros
(flet tamen admonitu motus, Elissa, tui):
'Anna, per hanc iuro, quam quondam audire solebas
tellurem fato prosperiore dari,
15 perque deos comites, hac nuper sede locatos,
saepe meas illos increpuisse moras.
nec timui de morte tamen: metus abfuit iste.
ei mihi, credibili fortior illa fuit.
ne refer: aspexi non illo corpore digna
20 volnera Tartareas ausus adire domos.
at tu, seu ratio te nostris adpulit oris
sive deus, regni commoda carpe mei.
multa tibi memores, nil non debemus Elissae:
nomine grata tuo, grata sororis eris.'
- 25 talia dicenti (neque enim spes altera restat)
credidit, erroresque exposuitque suos;
utque domum intravit Tyrios induta paratus,
incipit Aeneas (cetera turba tacet):
'hanc tibi cur tradam, pia causa, Lavinia coniunx,
30 est mihi: consumpsi naufragus huius opes.
orta Tyro est, regnum Libyca possedit in ora:
quam precor ut carae more sororis ames.'
omnia promittit falsumque Lavinia volnus
mente premit tacita dissimulatque metus;
35 non habet exactum quid agat: furialiter odit,
et parat insidias et cupit ultra mori.

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Z. 3: "litore dotali" Wie müßte der Ausdruck vollständig heißen?
2. Z. 5: "nec credere sustinet" Welche Ausdrucksmöglichkeiten der klassischen Prosa vertritt diese Wendung?
3. Z. 11: "Cythereius heros" Welcher Typus von Personenbezeichnung? Wie ist der vorliegende Fall zu erklären?
4. Z. 27: "Tyrios induta paratus" Erklären Sie die Konstruktion!